



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Pver Constantinopolitanvs. 25. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

24. Sept. VITA SANCTORVM. 45

palestrā exerceret, noctu silvas & ex silvis lignā petebat, leprosis interim in lectulo Episcopi vītem dormientibus. Hostibus, qui regi Petro regnum, quod Stephanus suā morte illi in manus tradiderat, vi eripuerant, malam mortem, sibi optimam vaticinatus est & sanguine comparandam. Et verò anno M. XLII. à globo impiorum cinctus, lapidibus primò est appetitus: sed, quia innoxius, hos scuto Crucis excipiebat, post cursum eversum hastā transfixus est, cùm pro parricidis suis, Christi & Stephani exemplo, è genibus perorasset. Ex Surio.

Beatus qui ab omni abhorret turpitudine peccatorum legi hostiam viventem & Domino acceptam offert. Beatus qui semper in seipso Dei memoriam colit: erit enim totus velut Angelus celestis in terram reverentia & amore sacrificans Domino. S. Ephrem in Beatitud.

B. PVER CONSTANTINOPOLITANVS.

25. Septembbris.

Quid hodie primū miramur despere héréticos? jam olim barbaros horum Magistros & ferulā dignissimos ad rudem pueritiam eruendos cælum ablegavit. Ita porrò Fulloni, qui Eutychetis cœstro afflatus unicam tantum in Christo naturam, adeoque mortalem DEVUM somnibat, doctoreni puerum multò antè providit. Nam cùm sub Theodosi Iunioris tempora terræ motu totius orbis, sed Constantinopolis potissimum, vi. ipsos menses laboraret, præter nobilissima urbis ædificia tectaque & sacra & profana dejecta, animi insuper omnium ita sunt consternati, ut cum ipso Imp. suo urbs urbem desereret, camposque

que habitaret. Illud tamen civium bono factum quod tellus sic mota mentes hominum non tam ad metum quam pietatem movit. Ipse Theodosius Imp. in togâ privatâ ordidus & pede nudus dies noctesque Superos veniam sibi ac suis orabat. Inter haec PVER innocentulus turbine rapta sublimis sub omnium & ex omnium oculis abiit, comesque huic unâ vulgi vox Kyrie eleison inv. Hora non amplius abiit, cum eadem viâ puerredit, narratque quod à cæli Choraulis cantari audierat Trisagion. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis, aitque venimus eis cæli consulto quidquam his addi. Simul legatione suâ perfunctus ad musicam suam moriens abit. Intercà Patriarcha voluit, ut voces auditae peteret terra, cantuque etiam ipsa cælo, quod provocaverat, responderet. Factum, & Trisagion cantatum terram firmavit trepidam; ut homines non jam certasse tantum Superis voce, sed tunc superesse videantur. Ex Men.

Si accipientes munera taciti & immemores sumimus, tanquam ingratî & indigni eorum subministratio[n]e fraudabimur; ut Deum, quem beneficiis non cognovimus, malis ingruentibus regnamus, & adversis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratiam non egimus ad fruendum. S. Mat. de non tim. car. host.

S. IVSTINA V. & M. 26. Septembri.

An hodie suum parentes faciant, nefiosolim parentum officium liberi etiam fecerunt. Ita IVSTINA à teneris annis Christianas leges claram edocta, docere easdem parentes coepit. Et jam per matris ad pectus patris aditum sibi fecerat, cum hunc autantem jam in partes Christianas

16. Sep
visus p
brevi p
tulit.
dus, qu
impuri
bat. S
tra om
ergo ac
magnum
nam e
tela u
pidinu
verò ira
gistro c
ctum p
jamique
ipse C
exilium
à flam
livit. I
rum ma
pum, ju
Ex Lip
Illu
esulem
mur, e
sub que
moriām
S. N
O P
di
in locis
templo sc
vijus